Psalteriũ abreuiatũ p oŕones

BEATUS uir qui nõ abijt in ɔsilio impiorum.
Effice nos q̃s dñe tanq̃ fructuosissimũ lignũ añ ɔspectũ
grẽ tue: ut riuis ĩbrib; irrigati mercam tibi suauiss̃i fruct'
ubertate placẽ. Per xp̃m dñm nr̃m. Q̃re fremuerunt.
Disrũpe q̃s dñe nr̃oꝝ uicl'a peccatoꝝ: ut iugo tue seruitutis cõ
nexi ualeam' t' cũ timore ⁊ reuerẽtia famulari. p xp̃m.
Dñe q̃d multiplicati. Effunde q̃s dñe bonitatẽ tuã sr̃ ppl'z
tuũ: ut t' ĩrne muniti nõ timeam' adulsãtiũ uitioꝝ milib;
circumdari. p. Cũ inuocarẽ. Exaudi nos dñe ĩ tribulatõib;
nr̃is ⁊ miserere nob': ⁊ q' sol' magñficasti ĩ pplis ɔcede nob' spũaliũ
letitiã gaudioꝝ ⁊ tribue nob' pacã sẽpiternã ĩ spe futuroꝝ ɔstitutis.
Verba mea auribus. Pie dñe q' ɔtriti cordis gemitũ p̃ns'g'p
feram' ĩtelligis effice q̃s dñe nos teplũ sp̃s sc̃i ut mereamur
scuto celestis bñiuolẽtie coronari. p. Dñe ne ĩ furore tuo ar-
Exauditor omniũ de' exaudi exaudi nr̃oꝝ fletuũ supplicaz
uoces ⁊ tribue ĩfirmitatib; nr̃is ppetuã sospitatẽ: ut dũ dignãt'
gemitũ nr̃i laboris audis: t' nos sẽp miã ɔsoleris. De' deus
me' ĩ te sp̃aui. Scrutator cordiũ d's libera nos a psequẽtib; nos
⁊ da nob' ĩ tui iudicij firmã custodiã intuitu ut nõ retribuas ini
micis nr̃is mala p malis. Dñe dñs nr̃. Admirabile n' tuũ
op's supplices exoram': q' oẽs creaturas mũdi ad usus hoĩs sbicasti:
nos ad tuos seruitutis officij dignos digneris efficẽ. p. Cõfitebor t'
dñe. Qui ɔfessiõi nr̃e dñe piã aurẽ tuã de' apis: q' sp̃antes ĩ te
nunq̃ ɔsueuisti derelinquere: ut exaltati de portis mortis ppetue
possim' seu teptatoris occultas ĩsidias effuge. In dño ɔfido.
Dirige q̃s dñe ocl'os pietatis t' sr̃ humilez paupertatis nr̃e p'z et
circũda nos fidei armis: ut ab iniquitatũ sanguĩe exuti t' ualeaz
equitatẽ ⁊ iustitiã custodire p. Saluũ me fac. Mise fragilitati
nr̃e scissie p̃z: ⁊ ɔcede nobis eloq' t' puro corde ɔplectẽ ut
possi' mĩaloq̃ã dolositatẽ ĩ sanctituz declinare. p. Vsq̃q̃ dñe
ob. Ne auertas faciẽ tuã anob' op's de' ne inimici nr̃i exal
tent' adu'sus nos: s; ita cor nr̃ũ salutaris tui exultatẽ pfunde: ut
faciat nos sõpnũ sede mortis euadere. p. X'. Dixit ĩsipiens: in

Incipit liber secundus soliloquiorum beati ysidori yspalensis episcopi.


IN SUBSEQUENTI hoc libro qui nuncupatur sinonima .i. multa verba in unam significationem convenientia. Sancte recordationis ysidorus archiepiscopus ex yspania introduxit personam huius seculi deflentis, et pene usque ad desperationem defluxi: quem mirabili comparatione obvians levi moderamine consolatur. huncque a lapsu desperationis ad spem venie reformat, et quemadmodum tergiversatus mundi lapsus in cursus evitet formalique vitam spiritualis accipiat mirabiliter docet. Deinde ad contemplationis ascensum cum summo opere prehensum usque in arce perfectionis adducat. Ideoque in perfectum virum producit eidem debitas deo grates exsolvit. In quo denique opere quilibet intenta mente lector perpendere potest, quo pacto caveat vitia, quo defleat peccata commissa: qualiter per lamenta penitentie reparatus ad fructum sancte reparationis accedit: ut non cum mundi concupiscentiis pereat, sed eternis premiis remuneratus vivat cum christo domino nostro per omnia secula seculorum. ~~Homo loquitur~~ Incipit prologus


VENIT Nuper ad manus meas quedam cedula, quam sinonimam vocant, cuius formula animo persuasit quoddam lamentum mihi vel miseris condere. Imitatusque profecto non eius opus eloquium sed meum votum. Quisquis ergo ille es, libenter id perlege, et dum adversitatibus seculi tangeris te ipsum dolorio iudicio discute, et statim agnosces quia qualescumque afflictiones pateris in hoc seculo retributione tu iustitia incurrunt. Quas et persone hic introducuntur, id est persona deflentis hominis et admonentis rationis. Homo loquitur.

ANIMA mea in angustiis est. Spiritus meus estuat. Cor meum fluctuat. Angustia animi possidet me et affligit. Circumdatus enim sum malis. circumventus erumnis. circumclusus adversis. obsitus miseriis. opertus infelicitate. oppressus angustiis, non invenio tanti mali usquam perfugium. Tanti doloris non invenio argumentum evadende calamitatis. Indicia non comprehendo minuendi doloris. Argumenta non colligo effugiendi funeris. Ubique me infelicitas mea persequitur, domi forisque me calamitas mea non deserit. Ubicumque fugero mala mea insequuntur me. Ubicumque me convertero malorum meorum umbra comitatur. Velut umbra corporis sic mala mea fugere non possum. Ego ille homo ignoti hominis, homo obscure opinionis et infimi generis cognitus per me tantum, cognitus tantum mihi. Nulli unquam malum feci, nulli calumniatus sum. Nulli adversus extiti: Nulli molestiam intuli. Nulli inquietus fui: sine ulla querella apud homines vixi. vitam meam omnes ledere nituntur. Omnes contra me frendent atque insaniunt. Conserta

Incipit liber sancti augustini ad quendam comitem carissimum

FRATER mi si cupias scire quod nisi ego nesciam: que per-
fectissima atque plenissima est iusticia. Deum ex toto corde amare:
illique tota adherere voluntate: qui est summum bonum. Summum
vero bonum amare summa beatitudo: quia deum amat bonus est. Si ergo
et beatus et bonus quem quanto quis ardencius amat tanto melior efficitur. quatinus hoc
beatissimo bono hinndare te faciat karissime frater ipse qui est hoc bonum quod diximus su-
scipiendum integro cordis desiderio cum et si indignus deprecari studeam: tu vero frater intelli-
ge quia consilio sancte trinitatis et opere maiestatis divine creatus es. Ex prerogativa condic-
tionis honore. Intellige quantum debeas conditori tuo: qui tantum in condicione mox
dignitatis privilegium prestitit tibi conditor eternus: ut tanto eum ardencius amares: quanto
mirabiliorem te ab esse conditum intelligeres. Non hoc solum quia consilio sancte trinitatis
sic excellenti a conditore editus es: sed et quia ad imaginem et similitudinem
suam ipse creator omnium te creavit: quod nulli alii ex creaturis nisi soli homini
concessit. Et hec est imago trinitatis et imitatio omnipotentis dei: quam anima tua
habet in se. Primum quia spiritum dei donum vivit ac sapit. Secundum quia ad imaginem
conditoris sui condita es. Tertium sed unus appelleris homo: tamen tres habes a patre
et filio et spiritu sancto concessas dignitates id est intellectum voluntatem et memoriam. quod
idem sed aliis verbis in evangelio designatur cum dicitur. Diliges dominum deum tuum ex
toto corde tuo: et ex tota anima tua: et ex totis viribus tuis. In hiis enim tribus
imaginem conditoris nostri mirabile geritur: in illa namque mens interior homo. ex
quibus quasi excellencioribus anime dignitatibus iubemur diligere conditorem: ut quantum
amore intelligitur diligatur. Semper in memoria quod recepit habetur. Non solum suf-
ficit nobis deum intelligere nisi fiat in amore eius voluntas nostra. ymo nec hoc
sufficit nisi cum memoria et voluntate opus addatur. Tu vero carissime fra-
ter karissime: gratia specialis scientie quam mentem tuam illuminet: extra sit desiderio ex op-
to perducit. toto enim cordis mei affectu opto: deumque deprecor ut semper ad interi-
ora te extendas: donec pervenias ad sublimem perpetue beatitudinis coronam: et
cum tui nobilitatem quam in te optime scio nullus amicorum consiliis nulla se-
cularium abitione desideriorum ab amore et imitatione permittas. Noli tuam boni-
tatem aliorum malignitate obscurare: sed ubique quantum vales amabilis deo et omni
populo appareas. Non deerit tibi gratia adiutoris dei: sed tibi adsit voluntas am-
monitionis sancte: quam sepius in scripturis sanctis mee bonitatis tue attendit. Esto
consiliis sicut laicus ad omne opus dei promptus. pius ad pauperes. visitator ad





Incipit Liber soliloquiorum aurelii augustini episcopi: anime
ad deum. Et primo de ineffabili dulcedine dei.

Cognoscam te domine cognitor meus: cognoscam te
virtus anime mee. Ostende te mihi consolator meus. Videam te
lumen oculorum meorum. Veni gaudium spiritus mei: videam te
letitia cordis mei: Diligam te vita anime mee. Appare mihi
delectatio mea magna: solatium meum dulce domine deus
meus virtus et gloria tota anime mee. Inveniam te desiderium anime mee:
teneam te amor cordis mei. Amplector te sponse celestis: exultatio mea
summa veritas: possideam te beatitudo sempiterna in medio cordis mei: vita et dulce
do summa anime mee. Diligam te domine virtus mea: dominus firmamentum meum: et refugi
um meum: et liberator meus: Amem te deus meus: adiutor fortis: turris fortitudinis:
et spes mea dulcis in omni tribulatione mea. Amplector te bonum sine quo nihil bo
num: aperi penetrabilia aurium mearum: Verbum penetrabilius omni gladio anci
piti: ut audiam vocem tuam. Intona domine desuper voce grandi et forti: tonet
mare et fortitudo eius et moveatur terra: et omnia que in eis sunt. Illumina oculos meos
lux incomprehensibilis: fulgura coruscationem et dissipa eos: ut non vide
ant vanitatem. Fulmina multiplica et conturba eos: ut appareant fontes
aquarum: et revelentur fundamenta orbis terrarum: Tribue visum lux invisibilis qui
te videat. Crea novum olfactum odor vite currat in odorem unguentorum
tuorum. Gustum sana: qui sapiat et cognoscat et discernat quam magna multitudo
dulcedinis tue domine quam abscondisti hiis qui pleni sunt caritatis tue. Da cor ut
cogitet: animum qui te diligat: mentem que te recolat: intellectum qui te intelligat: ratio
nem que tibi semper summo bono dulcissime fortiter adhereat: et te sapientem amor sapiens diligat.
O vita cui omnia vivunt: vita que das mihi totam vitam: que es mea vita: vita per
quam vivo: sine qua morior: per quam resuscitor: sine qua pereo: per quam gau
deo: sine qua tribulor: vita vitalis dulcis et amabilis: semperque memorialis. Ubi
queso es: ubi te inveniam: ut in me deficiam et in te subsistam. Prope esto in animo:
prope in corde: prope in auxilio: prope in ore: quia amore langueo: quia sine te morior: quia te
recolens suscitor. Odor tuus me recreat: memoria tua me sanat: sed satiabor
cum apparuerit gloria tua: vita anime mee concupiscit: et defecit anima mea: quando veniam
et apparebo tibi letitia. Quid faciam auctor gaudii per quod gaudeo: Ubi es
absconditus pulcher: quem desidero: odorem tuum haurio: vivo et gaudeo: te

In ordine cisterciensium quidam iuvenis frater fuit utique vite laudabilis qui in corpore virgo fuit. Cum laboraret in extremis existens fratribus omnibus presentibus prior illi mandavit ut diceret de quo deo magis placuisset se dicat. Cui ille ait. Pater nullo modo hoc dicerem nisi in hoc precepisses. Ego cum multo tempore magna flagella sathane sum perpessus iuxta multitudinem vulnerum meorum. Domina nostra cuiusque unice filius me letari repleverunt. Nam cum die quadam cum nimis per demones essem afflictus. Domina mihi astitit et dixit. Vidi afflictionem tuam et veni in auxilium tibi. Docuit enim me humilitatem servare in omnibus. dixit per eam adversarium fugavi: et eius filio posse placere. Volo ergo inquit mihi: ut humilis in victu et actu et habitu. et ipsa viliora officia que alii fratres dedignantur tu pro magno honore suscipias. Quibus dictis virgo regina celos ascendit. et ego eius verba cordi efficaciter imprimens que mandaverat mihi cuncta ulterius sollicite nunc adimplere curavi. De illo qui officium domine dicebat et ave maria.

Quidam clericus multis erat peccatis obnoxius et precipue carnis sordibus inquinatus. Qui languore corporali ad extremum perveniens tremefactus ex paucitate et actualitate conscientia deinde cepit iudicium formidare. Cumque se pre ipse nullius boni operis inveniret totum se ad postulandum beate virginis auxilium contulit ad eius patrocinium in portum cordis anxietate confugit. hiis verbis insistens. Non ignoro inquit o regina mundi quod te in multis offendi et castitatis atque virginitatis cuius tu mater es in meo corpore signaculum violavi in nimis peccatorum sordibus involutus sum nec dignus invenior te tocius mundi reginam pollutis labiis invocare. Verumtamen o regina celi ornatrix vera dei et hominis tu mihi testis es. quod septies in die laudem dixi tibi. Et quamvis indignus quamvis peccator. omnibus tamen horis canonicis tue laudis obsequium non defraudavi. Cumque hec verba clericus protulisset decumbenti post modicum dei genitrix apparuit et blande consolata preter sibi de misericordia et bonitate divine misericordie nunciavit. De paupercula que se ibavit a more virginis que non habebat quod super altare offerret

Quedam mulier in festo beate virginis marie cum omnes offerrent et ipsa non haberet quod offerret angustiabatur multum. Unde ait. O beata maria vides quod nihil habeo quod tibi offeram. Sed scio quod filius tuus fuit pro me verberatus et colaphizatus ego